



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Floremundi Raemundi V. Cl. Olim Consiliarii Regis  
Galliarvm Ex Calviniano Catholici Synopsis Omnium hujus  
temporis Controversiarum tam inter Lutheranos,  
Calvinistas quam alios plurimos. Sive Historia ...**

**Raemond, Florimond de  
Coloniae Agrippinae, 1655**

I. Omnia religionum homines pro animabus Deum deprecati sunt; & corpora honesta sepulcra affecerunt.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10880**

iam à Catholicis expetebatur, ut decem millia exemplarum momento distracta fuerint. Postquam vero in Calvinistarum cœribus cani, & cum Catechismis coniungi cœperunt, eorum usus Catholicis interdictus est: siquidem, ut Confessum Laodicenum vult, cum hæreticis nihil commune esse debet, quod ab ipsis inuentum scilicet & cinnatum est.

## DE CALVINISTARVM SE- pultra.

### C A P V T XVIII.

#### A R G U M E N T U M .

- I. Omnim religionum homines pro animabus Deum deprecatisunt, & corpora honesta sepultura asficerunt.
- II. Iudaorum consuetudo pro defunctis deprecauit.
- III. Nam Pagani & Iudei mutuatisunt.
- IV. Calvinista solum hic barbari sunt.
- V. Defunctorum corpora honeste habenda.
- VI. Sepultura honestas ab ipsa Natura commen-  
datur.
- VII. Impieas Calvinistarum quoad sepulturas.
- VIII. Cur hæretici nunc in Ecclesijs sepeliri cupiant,  
primitus aspernati.
- IX. Sepultura cura ad Episcopos pertinet.
- X. Calvinistarum querela.

I. **O**MNES religiones, veræ, falsæ, pro mortuis precandi consuetudinem semper tenuerunt. Immo ipsi quoque Ethnici, sola Naturæ laice illustrati defunctis eternam quietem preceabantur, ut scripta eorum legenti constat: adeo ut qui ex-  
tremum hoc officium præstare eis recusaret, impius haberetur. Ut ergo pie sine religione quadam defungi nemo potest, nec religio sine Deo esse potest; sic laudabilis hæc consuetudo violari non potest quia religio, nec hæc, quin Deus simul violetur.

II. Iudæos hac consuetudine rulos, non modo ex libris ipsorum ritualibus, sed ipsius S. Scripturæ quoque constat exemplis, Iosephum, vide, apud quem funus Davidis regis, Simonis Machabæi, reginæ Helenæ, &c. descriptum exstat. Abrahamus Sarah, Iacobus Rachelem, Iacobum tota fa-

milia, Mosen, Aaron septuaginta dies, Aaron ē po-

pulus vñuerius integrum mensim luxit. In Exo-

do sacrificia pro mortuis, apud Hieremiam Pro-

phetam exequia memorantur. Eiusdem consue-

tudinis vestigia in libris Iobi & Tobiae exstant.

Quid multis? Vnum illud ex Machabæorum li-

bris desumum testimonium satis nobis esse

debet: quod multorum scriptis est ventilatu-

m.

III. Hanc consuetudinem Ethnici quoque à Iu-  
dæis mutuatisunt natura dictante pro defunctis ora-  
tionem ac curam piam esse existimantes, ut ex multis  
ipsorum ritibus, de quibus integrilibri exstant, &  
in infinitis Scriptorum locis patet.

IV. At soli Calvinistæ sine ullis ritibus mortuos suos terræ mandant, aut si ritus quosdam adhibeant iij profanifere sunt, & infernum magis quam cœlum sapiunt. Satis esse putant, si dicant: Deus propius sit eiusanimæ. Constat quum Genevæ de ritibus sepulturae reformatiis in Ministeriorū cœtu ageretur, Beza respondisse, Papistis occasionem gloriae dandam non esse. Eius tamen Epitaphiū Gabriel Fabricius describit, in quo Venus, Har-  
pyæ, Bellona & Chimæra, præcipua Bezzæ virtu-  
tes, conspiciuntur.

V. Vile quidem corpus est, Dei tamen digito formatum, coque honeste habendum est. An Phidiæ opus ob materiæ vilitatem cōtemnamus, Cor-  
pus vas eiusanimæ à Deo infusa. Templum Dei est, quod etiam si à morte destruatur, in extremo ta-  
men iudicio multo gloriöius excitabitur.

VI. Sepultura honesta Deum ipsum habet au-  
torem, qui Enochum & Heliam in paradisum transportauit. Iobum Chrysostomus effuse laudat, filios domus ruina oppressos honeste sepelientem. Ethnici sepulturae & resurrectionis Phœnicis se ipsum comburentis & renascentis exemplum nos admonet.

VII. Impi sunt Calvinistæ, quibus perinde est quoloco sepeliantur. Non ita Abraham, non Isaac, non Iacob, non Iob, non Ioseph: qui omnes certa loca vbi sepelirentur, sibi elegerunt. Hinc Ecclesia loca eiusmodi sacra atq; inuolata esse voluit que etiam exorcismis ac precationibus solemnitate con-  
seruantur.

VIII. At Calvinistæ ut nihil sibi tam viuis quam mortuis cum Catholicæ Ecclesia commune esset, in sacrissimis locis sepeliri, ignominiosum initio putacunt: postea vero etiam vi maiorum sepulcra ad suū vñsum sibi vindicarunt. Cur, quæloscilicet,

Y y 2 quia